



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

I. Markgraf Otto II. schenkt dem Domcapitel zu Brandenburg die Kirchen in Ketzin, Knobloch und Markau, am 28. Mai 1197.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

des 18. Jahrhunderts wurden sie den Landbewohnern zugeschlagen und hatten sie nun mit diesen Contribution, Kavallerie und Regenforngeld zu entrichten.

Da der Ort Kegin gleichfalls ehemals dem Bisthume Brandenburg angehörte, so fiel er später dem Domainenamte Ziesar in gleicher Weise zu, wie das Städtchen Prigerbe. Die frühern Bischöfe von Brandenburg hatten Kegin ebenfalls öfter besucht, wiewohl sie keine Burg hier besaßen. Im J. 1552 residirten die Fürsten von Anhalt eine Zeit lang zu Kegin, da sie wegen der in ihren Landen herrschenden Pest hierher geflohen waren.

Eigentliches Stadtrecht, im Sinne des dreizehnten und vierzehnten Jahrhunderts, haben beide Orte, Prigerbe und Kegin, wahrscheinlich nicht erhalten. Sie treten daher auch schon in dieser Zeit niemals in Gemeinschaft mit dem damaligen Städtecorpus als dessen Glieder auf. Auch werden sie um diese Zeit selten civitates, wie man die förmlich privilegierten Städte um diese Zeit regelmäßig nannte, sondern nur oppida genannt, was nicht viel mehr bedeutet als die heutige Bezeichnung solcher Orte mit dem Ausdrucke Flecken oder Marktflecken. Wahrscheinlich waren beide Orte schon in den Zeiten der Wendischen Herrschaft über diese Lande bedeutende Orte oder Städte in dem Sinne dieses Ausdrucks gewesen, worin überhaupt in der Wendischen Zeit Städte in diesen Gegenden bestanden. Bei beiden Orten befand sich eine Fähre über die Havel. Da es Brücken über diesen Fluß außer bei Brandenburg nicht gab, Fahren aber bei der Ausschließlichkeit des Fährrechtes selten waren; so leitete vermutlich die Möglichkeit eines Ueberganges über die Havel an diesen Orten den Handelszug auf selbige hin und wurde dadurch hier eine zahlreiche Bevölkerung zusammengeführt. In Kegin findet man auch viel Spuren ehemaligen Wendischen Anbaues. Das Landbuch Karls IV. vom Jahre 1375 nennt Wendische und Deutsche Hufen an diesem Orte: die Pfarrkirche hatte z. B. drei Deutsche und eine Wendische Dotalhufen und noch 1551 beleihet Bischof Joachim von Brandenburg den Germanus von Gulen mit einer im Keginer Felde belegenen Wendemärkischen Hufe, wie des Beliehenen Vorfahren solche besessen haben. Die alten Wendischen Städte mußten aber nach dem durchgreifenden Obfiegen Deutscher Verhältnisse überall zu bloßen Dörfern oder Flecken hinabsinken, wenn nicht eine Umgestaltung derselben nach Deutscher Weise mit förmlicher Verleihung Deutschen Stadtrechtes erfolgte. Häufige Feuersbrünste, welche beide Orte, Kegin und Prigerbe, bis in die neueste Zeit öfter heimsuchten, trugen endlich noch das Ihrige dazu bei, das Ansehen von Städten ihnen zu entziehen.

U r k u n d e n.

I. Markgraf Otto II. schenkt dem Domcapitel zu Brandenburg die Kirchen in Kegin, Knobloch und Markau, am 28. Mai 1197.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto, dei gratia hujus nominis secundus marchio in Brandeburch. Vita religiosorum, ut deo libere et pacate servire valeat, cum bonis suis, que possidet, sine quibus corpus corruptibile nullatenus transigitur, a legitimis sibi constitutis in hoc seculo protectoribus, ne ab impiis et importunis hominibus infestetur, juste et pie defenditur. Quapropter

canonicos sancti Petri in Brandeburch, apostolorum principis, regulam ordinis Premonstratensis profites, quos Wilmarus pie memorie Brandeburgensis ecclesie tercius decimus episcopus, consilio et auxilio domini Wichmanni, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopi et magno studio patris mei Ottonis, marchionis Brandeburgensis, et aliorum principum quam plurium de civitate Parduwin in episcopalem sedem, in urbem videlicet Brandeburch, que est caput marchie nostre, in qua nunc deo militant, transposuit, ego et frater meus Albertus, comes in Arneburch sub umbra protectionis nostre pro eo, quod in juris nostri ditione sunt constituti, quam tempore nostre fragilitatis administramus, secure suscepimus et quibuscunque modis potuimus, eorum tenuitati et inopie subvenire ex abundantia nostra studuimus. Ad instantiam itaque dilecti nostri Henrici, prepositi Brandeburgensis et archidiaconi ecclesiam Cofetsyn cum dote sua scilicet duobus mansis in agris ville Clebeloc ei designatis et ad eandem ecclesiam in consecratione dotis nomine confirmatis et tribus areis in eadem villa Cofetsyn, quas sacerdos Theodericus de manibus laicorum sub testimonio villanorum redimens in unam aream redexit, et quicquid nostri juris est in eadem ecclesia Cofetsyn, in eorumdem fratrum usus in Brandeburch ob spem divine remunerationis contulimus cum capella Clebeloc eidem matri ecclesie in Cofetsyn attinente, episcopo Brandeburgensi curam animarum et terciam partem decime ejusdem ecclesie Cofetsyn et villarum ad eam pertinentium, videlicet Clebeloc et Porats et alterius Slavice ville Porats et Stulp, benigne conferente. Similiter et ecclesiam Markowe cum dote sua scilicet duobus mansis et quicquid juris nostri in ea est, eisdem prefatis canonicis ad profectum future nostre salutis ad quam suspiramus, contradidimus episcopo Brandeburgensi curam animarum et tertiam partem decime ejusdem ecclesie Markowe et ville Marchede attinentis ei conferente eisdem fratribus. Insuper villam Plufetsyn, que alio nomine Reinoldesdorp olim dicebatur, quam Sifridus castellanus in Brandeburch in beneficio a nobis tenuit, pio accensus desiderio nobis resignavit, eisdem prenominatis fratribus cum omnibus appenditiis suis de patrimonio nostro libero donationis titulo consentientibus coheredibus nostris, pro anima patris et matris nostre ac pro salute animarum nostrarum assignavimus, episcopo Brandeburgensi curam animarum et tertiam partem decime ejusdem ecclesie Plofetsyn eis conferente. Preterea quecunque bona pater noster Otto, marchio in Brandeburch, et predecessores nostri et nos eidem claustro contulimus, rata et illesa permanere statuimus. Quicumque autem huic nostre collationis pagine contraire in posterum vel factum hoc ausu temerario infringere attemptaverit, condigne poene hic et in futuro subiaceat et X libras auri purissimi camere imperatorie majestatis persolvat. Ut igitur firma ac stabilis nostra donatio presentibus et futuris perseveret temporibus omnem inviolabiliter ambiguitatem removens, prefens scriptum sigilli nostri impressione communivimus. Hujus rei testes sunt Norbertus, episcopus Brandeburgensis, et ego Marchio in Brandeburch Otto et frater meus Albertus, comes in Arneburch, prepositus Henricus Brandeburgensis et archidiaconus, prior Henricus cum toto conventu in Brandeburch, Hermannus sacerdos de Nawen, Walterus sacerdos de Harlungate, Gozwinus, sacerdos de Markowe, Marsilius sacerdos de Pufyn, Theodericus sacerdos de Cofetsyn, Sifridus castellanus in Brandeburch et frater ejus, Comes Badericus in Dorenburch, dapifer Henricus, Rudolfus pincerna, Everardus advocatus in Spandowe, Fridericus advocatus in Brandeburch, Henricus advocatus in Vorlande, urbani Brandeburgenses videlicet Rudolfus de Weddinge, Henricus de Stegeliz, Conradus, Henricus, Albertus, Alexander advocatus Sifridi castellani, et alii quam plures. Acta

funt hec in urbe Brandeburch, anno dominice incarnationis M^o. C^o. LXXX^o. VII^o. epacta nulla, indictione XV. concurrente II. V. Kal. Junii, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Henrico.

Nach dem Original im Brandenburger Domarchiv.

II. Der Bischof Friedrich von Brandenburg verkauft eine Hufe in Ketzin an die dortige Kirche, am 9. April 1307.

In nomine domini Amen. Cum labilis memoria et obliviosa hominum simul cum revolutione preterit temporum et euanescit, nisi ea, que sunt in tempore, perhennentur fideli testimonio scripturarum et ydoneorum testium roboramento confirmentur, hinc est, quod nos Fridericus, dei gratia Brandeburgensis ecclesie episcopus, recognoscimus et presentium tenore in publicam volumus tam presentium quam futurorum presens scriptum visuris, auditoris seu recitaturis notitiam devenire, quod nos de maturo consilio et provida deliberatione et consensu honorabilis viri, domini Johannis ecclesie nostre prepositi, Walteri prioris et unanimi voluntate et favore totius ecclesie nostre capituli vendimus et donavimus tradidimus et legaliter dotavimus ecclesie parrochiali in Kotsin unum mansum liberum situm in campis ibidem cum omni jurisdictione et libertate, prout alii mansi eidem ecclesie sunt annexi et legitime dotati, sicut dudum nos possedimus et nostra ecclesia et antecessores nostri cum omni proventu liberius possederunt, quem scilicet mansum dominus Otto, ejusdem loci plebanus in remedio anime sue et ad perpetuam memoriam suorum progenitorum propriis sumptibus pro quindecim marcis Stendaliensis argenti et ponderis nobis ad manus plenarie bene ponderatis et numeratis fideliter comparavit. Dictam vero pecuniam in usus ecclesie nostre pro comparatione civitatis et terre Beliz noveritis conversuram. Ut autem hec venditio etc. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. septimo V Idus Aprilis presentibus viris fide dignis, quorum nomina subsequenter: dominus Johannes de Milaw nostre ecclesie canonico, Alberto Stormero nostre curie notario, domino Theoderico Gruwelhuth, Hinrico dicto de Bardeleven, Hinrico Wpach milite et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Brandenburger Domarchiv.

III. Der Bischof Johann von Brandenburg bestätigt die Dotirung eines Altars in der Domkirche, am 15. Aug. 1321.

Nos Johannes, dei gratia Brandeburgensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus presentis etatis et postere volumus attestacione presentium esse notum, quod dominus Henricus Wopak, miles et Gevehardus familiaris, salubriter intendentes, volentes opera justitie, virtutis preclarissime feliciter operari, unum altare in honore beati Martini episcopi ob spem salutis et gratie promerende in cathedrali ecclesia Brandenburg. appositione duorum mansorum nostra ex appro-